

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quâ tractatur de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, ac Sacrificio  
Missæ, ...

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1667**

Concl. II. Accidentia in Eucharistia existunt propriâ existentiâ; idque sine  
aliquo novo modo positivo superaddito.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73377](#)

verò cur non possit albedo sic visa demonstrari  
hisce verbis: *Hac est albedo?*

23.

*Accidentia  
Eucharistie  
habent  
suam ex-  
tensionem  
& impene-  
trabilitatem  
vel à  
quantitate  
realiter di-  
stincta,*

*Objec-  
to  
solvitur.*

*Ocham.  
De qualis  
se extensa,  
sufficie par-  
tium distinc-  
tio cum  
exigentia  
distandi si-  
gnificativa.*

24.

*Disposuit  
Deus multi-  
facere im-  
mediatè  
circa ac-  
cidentia, que  
sunt ne-  
queunt vir-  
tute creata.*

Ad aliam questionem superius propositam, à quo nimis illa accidentia habeant exten-  
sionem & impenetrabilitatem, Resp. citius, vel à quantitate realiter distincta ( si illa est ne-  
cessaria ) in ipsis miraculose per solum Deum  
producta: vel (quod verius existimamus) sine  
ullo accidente realiter superaddito à seipso;  
sicut enim ante Consecrationem habebant par-  
tem extra partem, ideoque connaturaliter extra  
locum partis sine ullo accidente realiter super-  
addito, in sententia Ochami sanè probabilitati  
ita etiam post Consecrationem, eandem  
retinent partium situationem, & ex consequenti  
extensionem, qua in illa opinione non est aliud,  
quam ista situatio, five localis distantia par-  
tium. Alioquin assigna rationem, cur Deus  
debeat mutare localiter partes substantiae,  
quando tollit quantitatem. Si autem non ne-  
cessario mutat, certè continent eundem ordinem  
inter se, & ad locum.

Dices; duas qualitates se mutuò penetrant.  
Resp. etiam duas lineæ sibi immediatae. Quid  
ergo? Dico, quod aliqua qualitates excludant  
se mutuò ab eodem spatio, aliqua non, pro-  
venit ab agente ponente eas extensivè, vel non  
extensivè.

Audiamus Ocham suprà cap. 40. Ad hoc,  
inquit, quod tam substantia, quam qualitas sit  
extensa, sufficit quod habeat partes distinctas  
realiter, natus distare situatiter cum causa agente,  
qua potest producere effectivè illas partes in  
distinctis locis, & sic facere eas distare localia-  
ter, & in eodem statu conservare easdem.

Et investigans rationem propter quam cor-  
pus per se subsistens cedat accidentibus in Sa-  
cramento Altaris, ait: Potest dici, quod est,  
vel quia qualitas per se existens nec est nata in-  
formate subiectum, in quo nunquam fuit; vi-  
delice quia corpus illud habet consumiles qua-  
litates. Veli quod hoc est voluntate Dei, no-  
lente quod aliquid contra communem eursum  
naturae evidenter appareat sensui, et hoc ut  
mereatur; quia fides non habet meritum, cui  
humana ratio praber experimentum: unde  
multi Catholici ponunt ibi multa fieri a solo  
Deo, ne evacuetur meritum fidei, sicut redi-  
tionem substantie, creationem novæ quantita-  
tis, & hujusmodi. Et ideo de ipsis omnibus  
potest æquè faciliter dici, quod Deus ordina-  
vit, quod omnia apparentia sensui, que sunt  
circa hostiam non consecratam, sunt etiam  
circa hostiam consecratam. Et ideo illa, que  
non possunt fieri virtute creatæ, disposita fa-  
cere immidiatè per seipsum. Hucusque  
Ocham.

Quid ergo deest probabilitati Conclusionis?  
Nec ratio, nec auctoritas. Pro majori nihilominus  
satisfactione, queritur primò, an acci-  
denta sic existant propriæ existentiæ? Secundò,

utrum indigeant potentiori influxu? Ad pri-  
mam questionem responsio erit

## CONCLUSIO II.

*Accidentia in Eucharistia existunt  
propriæ existentiæ; idque sine  
aliquo novo modo positivo su-  
peraddito.*

Uidni enim existat propriæ existentiæ quod  
habet propriam essentiam positam extra  
fusas causas? Profectò in omni Schola Doctoris  
Subtilis existentia realiter identificatur, enī  
actuali: unde à parte rei nihil aliud est, quam  
ipia actialis essentia rei, five essentia positâ ex-  
tra omnes suas causas. Quis autem ambigat  
accidentia remanentia post Consecrationem ha-  
bere propriam essentiam actualem?

Nemo, inquit aliquis Thomista, sed unde  
confat: essentiam actualem non distinguiri reali-  
ter ab existentiâ? Resp. ex hoc communi axio-  
mate. Ut omittam careras rationes positivas,  
quas videre poteris apud Smising. Tract. 1. de  
Deo uno disp. 2. n. 44. Non sunt multiplican-  
danda entia sine necessitate: nulla autem est  
necessitas hujus distinctionis, ut docet ostendit  
Auctor citatus n. 46.

Hinc Scotus 4. dist. 13. q. 1. n. 38. Simpliciter falsum est, quod esse sit aliud ab existentiâ. Et  
dist. 11. q. 3. n. 46. Nescio (inquit) ipsam situa-  
tionem, quod esse est quid superveniens essentia, non  
composition, si essentia est composite: hoc modo esse  
composition includit esse omnian partium, &  
includit multa esse partialia multarum partium vel for-  
marum, sicut totum ens ex multis formis includit illas  
actualitates partiales, id est, essentias, & exister-  
tias.

Ergo secundum mentem Doctoris Subtilis  
neque materia existit existentiæ forma, vel è  
converso, neque accidentia existunt existentiæ  
subjecti, qui de facto inherent; sed secundum  
multitudinem essentiârum multiplicantur & ip-  
sa existentia.

Quod si accidentis in subjecto non existit  
existentiæ subjecti, sed propriæ; quanto amplius  
accidentis extra omne subjectum? Unumquod-  
cumque (inquit Doctor 4. dist. 12. q. 1. n. 3.) quod  
est extra causam suam, & intellectum, sicut habet  
essentiam propriam, ita & proprium esse: ergo si lo-  
accidentis habet propriam essentiam extra  
subjectum, & intellectum, habet & proprium esse;  
& ita non est formaliter per esse subjecti.

Certè gratia admissa, quod accidentia in sub-  
jecto existant existentiæ subjecti; equidem mi-  
nimè sequitur, quod extra subjectum retineant  
eandem existentiam; cum existentia subjecti ne-  
cessariò cù ipso subjecto destratur, potissimum  
in praesenti mysterio: nam juxta Tridentinum  
scilicet 13.

<sup>25.</sup> p. 13. cap. 4 & can. 2. substantia panis con-  
vertitur in Corpus Christi, manentibus dum-  
taxa speciebus.

Putas autem, quia Concilium nomine Sub-  
stantia intelligit essentiam abstractam & pra-  
cisam ab existentia? Aberras toto celo; sed  
intellige substantiam completam, prout erat  
in rerum natura, que indubie includit existen-  
tiam tamquam proprium & intrinsecum actum  
constituentem hanc entitatem in esse actualis  
entitatis. Quis enim cura aliquo fundamento  
dixerit, existentiam substantiae esse aliquod  
ejus accidentis? Numquid sine existentia inven-  
nitor in rerum natura essentia? Si ergo existen-  
tia panis manet post Consecrationem, quo-  
modo dumtaxat species? Vel si non manet,  
quomodo accidentia non existunt propriam ex-  
istentiam?

Responde Bannez 1. parte qu. 4. art. 2.  
dub. 2. Quod qui ad pauca respiciunt, facile  
hallucinantur. Si enim Sophisticus argumenta-  
tor attenderet, quod eo ipso, quod Concilium  
definit accidentia manere, definit etiam  
quod manent cum existentia, videret Conse-  
quentiam sui argumenti nullam esse. Certum  
est enim apud doctos Theologos, quod exis-  
tentia in hoc mysterio non creatur de novo;  
sed eadem protus, per quam ante existebant  
accidentia, manet cum illis, ut existant per  
modum substantiae. Ergo dictio exclusiva  
dumtaxat, cum dicitur: Dumtaxat manentibus  
speciebus panis & vini, non excludit existentiam,  
quam ante acquisierunt accidentia in ipsa sub-  
stantia. Hec ille; facile hallucinatus, quia ad  
pauca respexit.

Si enim Sophisticus argumentator attendis-  
set, quod eo ipso, quod Concilium definit,  
totam substantiam panis converti in Corpus  
Christi, definit etiam, quod principia pars sub-  
stantiae convertitur, vidisset Consequentiam  
sui argumenti esse nullam. Certum est enim  
apud doctos Theologos, quod existentia est  
principia entitas substantiae; nam per eam est  
ens in actu, & sine ea non potest habere esse  
aliquid physicum: quin iudeo secundum ipsum  
Bannez supradicte, potest existentia conservari sine  
essenti, non autem essentia sine existentia. Illa  
autem entitas in quavis re est principia, que  
sola sine altera potest existere (ut patet in re,  
& modo ipsius) ergo aperie repugnat Concilium;  
inquit Regius hic ad q. 75. art. 2. n. 63.  
affirmare, eam manere.

Enimvero (praterquam quod secundum  
plurimos Doctores impossibile sit rem existere  
aliena existentia) si tunc dicitur, Concilium  
non excludere illa, que sunt necessaria, ut acci-  
dentialia existant, sicut secundum Bannez est  
existentia panis: quidni alii dixerint, etiam  
formam panis manere, alii materiam? Etenim  
secundum illos forma est ipsa existentia rei;  
secundum hos materia existentia quantitatis.

Adde, quod in Incarnatione posset dici manere  
subsistitia humanitatis, non ut subsista huma-  
nitas, sed ut existant accidentia. Ecce quam mul-  
ta sequuntur absurdia uno dato. Quapropter haec  
sententia Bannez, & interpretatio Concilii Tri-  
dentini semper mihi visa est plusquam falsa, & quam falsa  
minus tuta pro dignitate mysterii Eucharistici.

Sanè rem aliquam perire, non est amittere  
esse essentia; quippe essentiae rerum sunt im-  
mutabiles, sed amittere esse existentia: cum  
ergo secundum fidem substantia panis destrua-  
tur, quomodo remanere poterit esse existentia  
panis?

Propter haec & similia, verissimam arbitror  
sententiam, quae docet accidentia, sicuti in  
subjecto propriam gaudebant existentia; ita quo-  
dem separata ab omni subjecto, per eandem ex-  
stere, idque sine aliquo novo modo positivo  
superaddito. Nulla siquidem est necessitas fin-  
gendi aliam existentiam, vel alium modum  
positivum.

Contra: perdunt inherentiam ad subjectum:  
ergo acquirunt modum positivum persistit  
seu substantia; veluti substantia est per se po-  
sitiva per modum positivum substantientia.

Relp. Negando Consequentiam, secun-  
dum Scorum, neque ipsa substantia existit extra  
subjectum per modum positivum superaddi-  
tum: ergo sine fundamento talis modus super-  
addi singitur accidenti extra subjectum.

Antecedens probatur: quia 3. dist. 1. q. I.  
nu. 9. ut probabilitus tenet, rationem personae  
creatae supra naturam addere tantum duplum  
negationem actualis & aptitudinalis dependen-  
tiae. Hec sunt ejus verba: Licet igitur sola ne-  
gatio dependentia actualis non sufficiat ad rationem  
personae; neque independencia terrena posse ponit in  
natura creata ad Verbum: nulla enim est natura,  
vel entitas creata, cui repugnet contradictione de-  
pendere ad Verbum: tamen negatio dependentia ap-  
titudinalis potest concedi in natura creata personata  
in se ad Verbum; alioquin violenter quesiceret in  
persona creata, sicut lapsus violenter quesicerit in  
& ita ista negatio, scilicet non dependentia, non  
quidem actualis tantum, sed etiam actualis, &  
aptitudinalis talis complet rationem personae in na-  
tura intellectuali, & supositi in alia natura creata.

Idem docet pluribus aliis locis, & sequun-  
dum communiter omnes Scotistæ. Porro  
de veritate hujus doctrina non est hic locus  
disputandi. Equidem neque illa duplex nega-  
tio convenit accidenti extra subjectum, cum  
etiam sic existens exigat naturaliter uniti, unio-  
ne accidentalis, subjecto.

Ut ergo intelligentur accidentia Eucharistica  
existere sine subjecto, sufficit, quod concipiatur  
cum negatione actualis inherentiae, ad  
quam plane impertinens est modus aliquis posi-  
tivus, quo separata existant, iudeo difficillimus  
explicari; siquidem modus ille positivus, vel  
est substantialis, vel accidentalis; si primum,  
contra

Sententia  
Bannez apud  
parte plus  
quam falsa.

Existentia  
accidentia  
sine novo  
modo possi-  
tive (uppon-  
addito)

cum nega-  
tione sub-  
stantia ha-  
beat talium  
modum.

Probatur i  
ex Scoto

Ratio per  
longe crea-  
tae supra na-  
turam du-  
pliciter tan-  
tum super-  
additio nega-  
tionem;

30.  
qua duplex  
negatio ne-  
quidem  
convenit  
accidenti  
extra sub-  
jectum;

sed suffici-  
negatio  
actualis in-  
herentiae

contra naturam additur accidenti : si secundum, ipsemet postulabit inesse subiecto, nec sine illo existere poterit potius, imo minus, quam accidentis cui ponitur superaddi. Hinc Scotus 4. dist. 12. q. 6. n. 14. Quantitas separata non habet aliquem modum positivum substantiae, sed tantum negativum, sicut scilicet, non inesse actu, subiecto.

Dices; saltem necessarius erit potentior sive sublimior Dei concursus, quo extra subiectum conservantur. Respondeo :

## CONCLUSIO III.

Non est improbabile, accidentia in Eucharistia existere sine potentiori Dei influxu.

**31.** Dicor in hanc sententiam, que est minus communis; quia est eadem existentia & essentia rei extra subiectum, & in subiecto. ergo non requiritur potentior influxus, ut producatur accidentis extra subiectum, quam in subiecto: immo potius maior videatur necessaria potentia, ut producatur in subiecto. Quid miraris? Tunc etenim produci etiam debet unio formae ad subiectum, que non caufatur extra subiectum: igitur potentia magis extensa in uno casu, quam in alio.

Impediat itaque Deus productionem unionis, & concurrat ad productionem solius formae, que est ratio afferendi aliam esse actionem in subiecto, & extra? Si non est alia actio, ad quid potentior influxus? Quod autem sit eadem actio, probatur; quia habet eundem terminum.

**32.** Et dato quod impræsentiarum esset actio distincta, quoniam prius accidentia illa conservabant à causa secunda, jam autem à sola causa prima; equidem adhuc non sequitur, influxum solius cause primæ esse perfectiorem, quam antea erat influxus cause primæ & cause secundæ simul, quod solum negat Conclusio.

Contra; jam est creatio, ubi anteā solum erat eductio: ergo influxus perfectior, cum creatio in perfectione superet eductionem, ut pote soli cause primæ propria.

Resp. in hoc tantum creationem distinguunt ab eductione, quod eductio semper sit duplex actio, una productiva formæ, altera ejusdem formæ unitiva; creatio autem ut plurimum unica & simplex. Impediat ergo Deus actionem unitivam; & dico productionem formæ non distinguunt ab ejusdem creatione. Et vero quomodo impedit? An per potentiores influxum? Nequaquam, sed per suspensionem decreti, quo voluit non produci accidentis, nisi simul uniretur subiecto.

Hoc est illud decretum, propter quod actio creativa dicitur propria Deo, & productio accidentis extra subiectum vocatur supernaturalis, non in substancialia, sed in modo: quia videlicet omne accidentis ex voluntate extrinseca Dei exigit produci cum unione ad subiectum: ita ut illa inherencia actualis sit quasi passio naturalis consequens naturam accidentis, non quasi subiectum exercet aliquam causalitatem propriæ dictam respectu formæ inherenti, quam Deus debeat suppleri; sed quoniam Deus non debeat concurrere cum causa secunda ad productionem ejus extra subiectum.

Dices: ergo posset per vires naturæ, seculo extrinseco Dei decreto, ponit extra subiectum, & tam facile, quam in illo; adeoque non aliud interveniret miraculum, quam quadam suspensiō decreti extrinseci, quo ordinavit Deus non concurrere ad positionem talium formarum extra subiectum; quod omnino falsum apparet. Quis enim dicit, accidentis non magis pendere naturam suam à substantia, quam animam rationalem à corpore, aut partem integralem à toto?

Respondeo; nemo sane mentis id dixerit: Reponimus enim quotidie ante oculos nostros folios viribus naturæ animam rationalem separari à corpore, & partern integram substantiam separari à rotæ substantia. Quare? Quia Deus sic voluit.

Numquid etiam experientia quotidiana docet, solis viribus naturæ accidentis produci extra subiectum? Absit. Ergo naturam suam magis dependet à substantia, quam anima rationalis à corpore: quia enim accidentis talis natura est, id est, ens aprimatum inherere subiecto, ideo voluit Deus, ut communiter extra subiectum non produceretur; & per consequens ut unio accidentis esset proprietatis ejus, naturaliter inseparabilis: quod omnino falsum apparet in unione anima rationalis cum corpore, & partis integralis cum toto.

Sed contra, instant Adversarii, inclinatio lapidis est ferri deorsum, inclinatio aquæ est frigidam, & tamen indies viribus naturæ lapis fertur sursum, & aqua calefit: cur ergo Deus ita vires naturæ restrinxisset, ut numquam permetterent producere accidentis extra subiectum, quod tamen ex se cum concursu ordinario possent?

Resp. Ecquis indicavit vobis, vires naturæ numquam producere accidentis extra subiectum? Expectatis modicum, & videbitis. Sed esti numquam producent; stat pro ratione voluntates divinae, que inherencia actuali, tamquam conditioni, voluit alligare potentiam naturalem in productione accidentium; noluit autem alligare inclinationi naturali subiecti.

Cæterum, quis cognovit sensum Domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Rom. 11. v. 34. Iuxta Rom. 11. voluntatem enim suam facit tam in virtutibus cari,